Schott, Petrus : Petrus Schottus Lucubraciunculae
Strassburg, 1498 Seite 263



ſemper preſumitur melior ꝙ̃ antiqua: & eciã maioris
precij: licet quandoqꝫ aliter contingat: ꝓpter hoc non
eſt recedendũ ab eo ꝙd cõmuniter contingit: cum iu-
ra adaptentur ad ea que frequenter accidunt ut in ca.
frequens. de reſtitu. ſpolia. & in l. nam ad ea. ff. de le.
Predicta tamen per Archi. limitantur: niſi expſſe con
ſtaret de bona intencione creditoris: ꝙ non aliter mu-
tuaret: ꝙ̃ ꝙ ſubueniret proximo ſuo. Quod ego ſic
intelligo: ſi in contractu mutui addiceret: ꝙ licet pre-
fixerit terminum ſolucionis poſt futuram meſſem: &
licet ꝙ ſibi ſoluatur noua annona expreſſerit: nihilo-
minus tamen nolit auferre libertatem debitoribus ſu-
is: ſoluendi eciam veterem: pendente eciam termino
quandocũqꝫ voluerint: tunc eciam abſqꝫ dubio talis
non poſſet vſurarius cenſeri. Qꝫ ſi illud in contractu
non fuit expreſſum: & contractꝰ ex conuencione par
cium legem ſuſcipiunt ut in ca. Euleterius. xviij. q. ij.
& in regula contractus. de regu. iur. lib. vi. & in le. cõ
tractus. ff. eodẽ ti. Quis aliter cogitare & preſumere
poterit: ꝙ̃ ꝙ creditor qui pactus eſt ſibi reddi nouã
annonam pro veteri: & hoc certo termino per ipſum
prefixo voluerit conſequi nouam tãquã meliorem ꝙ̃
fuerit antiqua? Quia ſi idem creditor ſuam antiquã
reſeruaſſet: eciam vſqꝫ ad eundem terminum ſolucio-
ni prefixum: & eciam poſtea: nunquã tamen fuiſſet
facta noua: conſequenter nunquam tanti valoris &
precij: ſicuti noua: ut patet de ſe. Ex predictis infertur
contractum ex forma illa queadmodũ reperitur for-
matus fuiſſe vſurarium. Et hoc verũ: & ꝓcedit in foro
contencioſo: vbi iudicatur cõtractus ſcdm̃ ꝙ verba ſo
nant: et cõſenſum parciũ ſcdm̃ cõmunẽ eoꝝ intellec-
tum important. Quod cõprobatur ꝑ regulam Iuris
ſuperius allegatam: ex qua concluditur ꝙ contractus



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-81/0263
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG